Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



36

vi petitiones cordis tui. Reuela domi
no uiam tuam et spera in eo : et ipse
faciet. Et educet quasi lumen iustitiam
tuam et iudicium tuum tamquam meri
diem: subditus esto domino et ora eum.
Noli emulari in eo qui prosperatur in
uia sua: in homine facente iniustitias. De
sine ab ira et derelinque furorem: noli e
mulari ut malignetis. Quoniam qui
malignantur exterminabuntur: susti
nentes autem dominum ipsi hereditabi
bunt terram. Et adhuc pusillum et
non erit peccator: et quaeres locum eius.
et non inuenies. Mansueti autem here
ditabunt terram: et delectabuntur in multi
tudine pacis. Obseruabit peccator iustum:
et stridebit super eum dentibus suis. Do
minus autem irridebit eum: quoniam pro
spicit quod ueniet dies eius. Gladium
euaginauerunt peccatores: intenderunt